nauit eū 7 ait pet. Omnis qui gladium acceperit gladio pibit
i. igne p ibit illo. s. q custodiebat au paradisum. vt p gladio ac
cepto pibit. sed auctoris gladiu. e dat ado. t alege. ut audiet.
Adduxerunt h in ad anna primu
ubi collegerant caiphe h q
sic e. Curge eor ad domu anne au
ptum in p ricenti. Adolescens au sequebatur eū. amictus sin
done sup nudo. subaudi corpore. aliud. s. n habebat indume
tum q sindonē. q re. sin. fugit ab eis. Credūt quidā hic fuisse
ioh. q e fuisse adolescentē. Togā p ei una indiuisa
Iesu. ... locum illum. vt faciebat q quiescebat diam in. At
iudi ... vt pet au dicitur. Et tu gaileus es. ut iacob.
qui cu traherētur relicto sindone nud aufugit ab eis. ut cu po
enis sopinando q asserendo dixisse.
Sequebatur a petr eū a longe. Johs notus pontifici. introduxit petrum.
Qui cū intrata ēēt ancilla hostiaria dix. Nunquid 7 tu ex
Iohes. c. q intelat au paradisu
vt p gladio accepto.

resurrectionis mee s. in omni iudea, et samaria. et usque ad ul
timum terre. quia testis non nisi is qui uidit et audit debet testimo
nium ferre. eligendus est ex hiis uiris qui a baptismo iohannis
postquam cepit ihesus facere et docere. usque in diem ascensionis no
biscum fuerunt. et dum miracula uiderunt et doctrinam audierunt
et nota quod dictum est ex hiis uiris non de septuaginta duobus inferioribus ad hoc mi
nisterio deputandos. et statuerunt illos duos aliis preferentes. ioseph
qui uocabatur barsabas qui et cognominatus est iustus. et ma
thiam de cuius laude subticetur. quia pro laude sufficit
ei quod in apostolatum eligitur. ioseph uero commendatur. ne tamquam indig
nus respui uideretur. et similis hic planior in glosa. quod iste io
seph qui uocabatur barsabas fuit barnabas. qui postea
cum paulo in apostolatum electus est. Set non uidetur oportere ad hec eundem
quia electionibus euidens uidetur esse hoc non obstare. Iste namque io
seph fuit frater unius apostolorum filiorum alphei. nec fuit apostolus. et ora
tes dixerunt. Tu domine qui corda nosti omnium. ostende quem elegeris
ex hiis duobus accipere locum ministerii huius, et apostolatus de quo
preuaricatus est iudas ut abiret in locum suum. et dederunt ei sor
tem. et cecidit sors super mathiam. et annumeratus est cum undecim. non
est modo utendum sortibus. uetitum est lege. per hanc autem que pueri
gratia paucorum non licuit legem conteri. Nondum enim missus fuerat spiritus
sanctus. nec penitus figure legales cessauerant. Ideo adhuc ponere se
sortes. sicut inuenimus sepe factum legi. Nam saul sorte electus
est. Ionathas et armiger eius sortes miserunt. dauid quoque sortes iecit
quando uiginti quatuor summos sacerdotes elegit. Siquis eum compellitur in
sortibus apostolos imitari. premissa sit oratione ad deum. facta est ergo
electio mathie inter ascensionem et spiritus sancti missionem. set qua
die incertum est.

Et dum complerentur dies pentecostes erant omnes pariter in eodem loco. In quo facta est electio
mathie. s. tempore dum complerentur. Tunc enim fuit prima septi
mana dierum quibus celebrabant festum pentecostes. Erat enim eorum
festum quod septem diebus celebrabant. s. pascha. pentecostes.
scenophegia. Videtur quod potius dicendum fuisse cum inciperent
dies pentecostes. quia pentecoste equiuocum est. ad quinquagesi
mam. et ad eam sollempnitatem septem diebus celebratam.
penticon interpretatur quinque. inde pentecoste quasi quinqua
gesima fuerat. et est grecum uocabulum pentecoste sicut
pasceue. et scenophegia. Similiter de hoc nomine pascha quod
est hebreum. Hebrei enim multa greca uocabula. quia sepe per
uarias captiuitates particulares dispersi sunt. et Romam inter
grecos a quibus multa uocabula greca retinuerunt. Est ergo pentecoste
cum compositione de penta quod est quinquagene. Illa enim dies erat quinquagesima
a resurrectione cum inchoarentur dies pentecostes. id est illius sol
lempnitatis septem diebus celebrate. erant omnes discipuli pariter
in cenaculo. et dum essent pariter in eodem loco. factus est repente de celo sonus.
id est de aere. sonus fragor quidam in sonuit in aere tamquam spiritus ue
nientis spiritus. id est soni uehementis. ut sit tamquam nota similitu
dinis. Ac si diceret. uenit spiritus in similitudine uenti uehementis
ut tamquam spiritus s. uehementis. et erit tamquam expositiuum uenientis
quia in eo spiritus s. dicitur uehemens. quia uehit a mente. id est alie
nans a mentis affectibus. Vt uideatur quod ait ille clare ualle
sis. Sermo dei uehemens. a ue. ad primens. s. eternam dap
nationem. potest quoque et ad sonum et ad spiritum s. referri quod dictum
est. tamquam aduenientis spiritus. quia equiuocum est. et ad utrumque si
cut ruach in hebreo. neuma in greco. et repleuit sonus ille ut spiritus
s. totam domum ubi erant. ubi erant sedentes. id est uiros quiescentes
in domo sedentes. et impleuit quod dictum est eis. Sede
te in ciuitate quousque induamini uirtute ex alto. et apparuerunt illi
dispertite lingue tamquam ignis. id est in modum ignei. in modum linguarum. inside

tes capitibus singulorum. ipsa que est creature in qua spiritus s. descen
dit. inuisibiliter ad quam uisum est descendere in apostolos consistit. Spiritus
ignis spiritum s. ostendit. tunc eis ad robur. Species linguarum
ad scientiam. lingua enim explicat. ignis uero corroborat. Datus est
et spiritus s. ante passionem. quando missi sunt ad predicationem et dictum est eis
egros sanare. demones eicere. mortuos suscitare. Post resu
rrectionem et datus est eis ad aliorum usum quando insufflauit et dixit
eis accipite s. s. quorum re. pec. r. eis. ubi forte claues que
dabat petro. dedit eis. et repleti sunt omnes spiritu s. et ce. lo. ua. lin.
prout s. s. da. e. illis. Qui diuidens singulis prout uult. pro ut
uult. quibus uult. quantum uult. ut uult. quando uult inspirat.
et in eo quod apostoli omni lingua s. ebrea loquebantur. magis ab omni
bus intelligebantur. uel quod uerius est. omnibus linguis lo
quebantur. quibus inspirabat spiritus s. omnium linguarum no
titiam nisi quod in psalmo legitur. Spiritus domini re. or. t. et hoc quod continet omnia s.
hoc ipsum quod facta est creatura conuenientiam hominis cum omni creatura
scientiam habet uocis s. linguarum. ac si diceret spiritus domini re. or. t. et
dedit apostolis scientiam linguarum.

Erant autem in ierusalem urbis habitatores iudei et uiri religiosi ex
omni natione. Iudea et preter illos alii multi conuenientes. Fere ex omni
natione que sub celo est. quia multis captiuitatibus dispersi fuerant
iudei. precipue sub antiocho epiphane qui captiuitates in
tulit illi huic. Et in ierusalem et ad diem omnes conuenerant. Au
dito fragore qui insonuerat in aere. conuenerunt omnes ad
discipulos. et mirati sunt omnes quoniam audiebat unusquisque lin
gua sua illos loquentes. et mirum dictum est singularis lingua sua
quia non solum sciebant linguas. set et linguarum ydiomata. Alii
autem irridebant eos dicentes. musto pleni sunt. id est uehementer ebrii.
quia uehementior est ebrietas de musto. quam de uino defecato.
Stans autem petrus cum aliis undecim.
ostendens non esse ebrios. set spiritu s. repletos dicens.
non sunt ebrii cum sit hora diei tertia. quasi diceret non est tempus comede
ndi. nec solent in ebrietate ieiunii. et quia sciebat legem. et scien
tibus legem loquebatur ostendit prophetiam ioel de spiritus s. aduen
tum. et cum non indicat prophetiam ioel nisi ut ostendat prophetiam
esse aduentum spiritus s. incidenter aduertit de die iudicii. quia
prosequitur ioel iudicii signa quedam iam impleta. quedam adhuc im
plenda. Erit in nouissimis diebus dicit dominus. effundam de spiritu
meo super omnem carnem. id est super utrumque sexum. non super omnem hominem
et prophetabunt filii uestri ut agabus. et symeon. et symeon niger. et fi
lie uestre. ut filie philippi. et iuuenes uestri uidebunt ut paulus
raptus usque ad tertium celum. et senes uestri. sompnia sompniabunt
ut petrus de quo legitur. Estimabat se uisum uidere. huc
usque de aduentu spiritus s. sequitur de die iudicii.
Et dabo prodigia in celo sursum quorum impleta est. cum
ad iudicium dominicae natiuitatis noua stella in aere ap
paruit. et in passione quando sol obscuratus est. et signa in terra quod
impletum est. cum christo spiritum emittente. terre contremuit. et pe
tre scisse sunt. et monumenta aperta sunt. sanguinem domini in ultio
ne sudoris. quia factus est sudor eius sicut gutte sanguinis. quod
preter naturam fuit. et ita signum fuit. et sanguis de latere
domini mortui profluens preter naturam signum fuit.
et ignem spiritus s. in pectoribus et uaporem fumi. id est feruo
rem compunctionis. de spiritu sancto ardore. tamquam fumus de
igne procedens. Sol conuertetur in tenebras. et luna in sangui

te. In passione sol in tenebras versus est, quia tunc tempore plenilunii
erat. Verum luna in sanguinem invenitur, non potuit, cum esset sub terra
et visibus humanis obiecta terre subtracta. De alio in quo ista
conveniunt, quia iam impletum. forte adhuc reliquum est implendum. et hec
omnia fient antequam veniat dies domini magnus et spatio, quia nox ei
non succedet, et magnus et perspicuus, quia in eo totus mundus examinabitur claritate, quia sol lucebit septempliciter.

Viri israelite quibus specialiter locuti sunt prophete audite
verba hec. i. intelligite non impletum esse quod prophetavit Iohel de spiritu sancti missione, quia missus est spiritus sanctus. Ab eo quem vos interemistis, qui alto consilio
patris dispositionis traditus est in manus vestras, quem deus suscitavit
solutis doloribus inferni. ut quantum ad ipsum quia dolores penarum inferni non sensit, ut quantum ad alios qui per eum ab inferni
doloribus soluti sunt. quia palam est in greco ubi dicitur solvens per
dolores mortis. Quod autem a deo suscitatus sit probat per prophetam David. et potius
pro illius persona. ad hoc probandum non sufficit ille solus. Non derelinques animam meam in inferno. Super David. l. t. v. ... Dicunt enim verba Christi ad
patrem. quia non patieris animam meam ad infernum descendentem
ibi detineri. nec corpus meum ... sancti ... corrumpi. vel
inquinari vitiis ...
te. propheta de David hoc
non esse intelligendum ostendit
arguens iudeos qui de David prophetam interpretabantur dicentes.

Viri fratres liceat audacter dicere vobis
de patriarcha David. quoniam defunctus et sepultus est apud nos. et corpus
eius incineratum. et adhuc cineres eius apud nos sunt. Unde patet non de
se illud dixisse. non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Sed prophetavit de resurrectione Christi qui nec derelictus est in inferno. nec caro eius vidit corruptionem. quem suscitavit deus. cui nos testes sumus. Qui ad dexteram
dei sedens misit in nos spiritum sanctum qui operatur in nobis, quem videtis.
Quod autem ad dexteram dei patris sit exaltatus, probat auctoritate
David prophete. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis. Quod de David alio
tempore non potest intelligi. Certissime ergo sciatote hunc ihesum in celum
exaltatum, et spiritum sanctum misisse quem vos crucifixistis.

His auditis compuncti sunt corde. et impletum est prophetia
Iohel. et per ignem spiritus sancti sentitus est vapor compunctionis. et dixerunt ad petrum et ad alios apostolos. Quid faciemus viri fratres. Ad
quos petrus. penitentiam agite. et baptizetur unusquisque in nomine domini nostri
ihesu Christi. in remissionem peccatorum. et accipietis donum spiritus sancti, ut loquamini variis linguis sicut et nos. et hoc tunc signum familiare in primitiva ecclesia. quia fere omnes ascendentes de lavacro loquebantur omnibus linguis. et nota quod ait petrus. baptizetur unusquisque
in nomine domini nostri ihesu Christi. formam namque traditam a domino, quia exprimit
trinitas, dum in primitiva ecclesia subticuerunt apostoli, utentes hac forma ... Baptizo te in nomine Christi, ut in ... dilataretur nomen Christi. Aliis verbis pluribus hortatus est petrus. et qui receperunt sermonem eius baptizati sunt. et appositi sunt in numero fidelium die illa scilicet
die pentecostes anime circiter tria milia. et erant perseverantes in doctrina apostolorum et in communione fractionis panis. i. eucharistie.
Quia in primitiva ecclesia adeo unanimiter conveniebant ad
percipiendam eucharistiam, ut in communione fractionis panis cotidianam, qui singulis ab apostolis cotidie frangebatur.
Multi vero ... sed et predia vendebant et ponebant pretia ante pedes apostolorum. Quod singulis diebus in mane ascendebant in
templum ad orationem. postea redeuntes singulis diebus distribuebant panem prout opus erat.

Petrus autem quadam die ascendens petrus
et iohannes in templum ad horam orationis nonam. erat quidam
a nativitate qui in glosa palatie dicitur iuxta portam templi qui
dicebatur speciosa. a specioso quodam ornamento quod apposuit
ei alexander hyrcanus. ibidem et posuit herodes aquilam auream
et erat porta atrii virorum mundorum. Ista claudus cotidie portabatur in grabato suo ad portam illam ut peteret elemosinam ab ingredientibus in templum. et rogabat petrum et iohannem ut elemosinam
acciperet ab eis. Cum autem ascenderent ad horam orationis nonam. sciendum quod consuetudo hebreorum tribus horis orare. unde daniel tribus temporibus regis consilium
die tribus his horis orabat. aperiens fenestram cubiculi sui. et
hec consuetudo firmata est ab ecclesia que eisdem orat horis. scilicet tertia.
sexta. nona. Tertia quia dominus spiritum sanctum emisit. sexta quia cruce affixus
deus. Nona quia animam posuit. Intuentes petrus et iohannes claudum
dixerunt respice in nos. ac si diceret. attende paupertatem nostram. nichil habemus quod porrigamus tibi. at ille intendebat in eos sperans
se aliquid accepturum ab eis. Ad quem petrus. Argentum et aurum non est
mihi. Non enim erat suum quod servabat in usus pauperum. quia
reliquerant patrimonia sua ante pedes apostolorum. Quod autem habeo. hoc
tibi do. In nomine ihesu Christi surge et ambula in pace. et apprehensa
manu eius dextera elevavit eum. et protinus consolidate sunt bases eius et plante. et exiliens stetit et ambulabat. et intravit cum illis
in templum ambulans et exiliens et laudans deum. quod additum
est a lucca ut ostenderet completum. quod aliter sic dicitur claudus
et vidit eum omnis populus ambulantem. et laudantem deum. et impleti sunt stupore et extasi in eo quod contigerat illi. scientes quod a nativitate claudus fuerat. et cum viderent petrum et iohannem
occurrerunt ad eos ad porticum qui appellabatur salomonis
in ea parte in qua stabat salomon dum oraret. et videns petrus
populum admirantem sic de miraculo locutus est eis dicens.

Viri israelite quid admiramini
aut quid intuemini nos. quasi virtute nostra
hoc fecerimus miraculum. quasi diceret. non virtute nostra hoc fecimus
sed deus abraham. deus ysaac. deus iacob. deus patrum nostrorum glorificavit filium suum ihesum. quem vos tradidistis. et negastis eum
ante faciem pilati iudicante illo dimitti. et vos potius iudicastis barrabam dimittendum. nomen eius. i. nominis invocatio. et
fides data de eo dedit isti integram sanitatem in conspectu omnium
vestrum. et nunc scio fratres quia per ignorantiam fecistis sicut et principes
vestri. Deus autem qui predixerat ab omnibus prophetis oportebat impleri. penitemini igitur et convertimini ut cum venerint tempora refrigerii
a facie domini. scilicet tempus incarnationis quod vere fuit tempus refrigerii.
ut dilectio universalis iudicii. et redemptio vestrorum deleatur peccatorum vestrorum. Tunc enim delebuntur peccata. virtute resurrectionis.
mors destruetur novissima. Sicut cum miserit eum qui predicatus est nobis ihesum Christum. quem oportet celum suscipere. i. ad dexteram dei sedere usque
in tempus resurrectionis omnium tunc quod locutus est deus a seculo per
os prophetarum. omnium. i. ad communem omnium resurrectionem. Tunc enim revera omnia de Christo predicta complebuntur. et ponit exempla de his que
predixerat de ipso. et premittit moysen.

Loquentibus autem apostolis ad populum supervenerunt
sacerdotes et magistratus templi et indignati sunt omnes communiter
quia ita magnificabant eum quem ipsi dampnaverant. quia vero et saducei spiritualem dolentes quia predicabant quod ipsi negabant. et iniecerunt manus in eos et posuerunt in carcerem. quia iam vespera erat
et non poterant eos iudicare. Multi autem qui audierant verbum
crediderunt. et facti sunt die eadem qui ad fidem conversi sunt quinque milia.
et hoc est quod sepe legitur. quia in una die conversi fuerunt ad fidem
quia ipsa die pentecostes factum est. alia die quinque.

Altera die congregati sunt principes sacerdotum. i.
qui principatum tenebant inter .xxiiii. seniores,
qui nominatim exprimuntur annas. caiphas. i. princeps.

Primitiva secta ... in patriarchis fuerunt ... patriarcharum. Abraham. ysaac. et iacob. ... in asia apud antiochiam. Secundo in affrica apud alexandriam. tertio in europa apud romam ... [illegible] ... alexandria ... [illegible] ... constantinopolim ... ierosolimam ... antiochiam ... alexandriam ... aquileyam ... [illegible] ... loca sancta amitterent. in hoc concilio ... [illegible] ... 26.

qui omnibus preminebat. et cayphas et alexander. et iohannes. hii enim erant excellentiores. et quotquot erant de genere sacerdotali. et seniores et pharisei traditionum inventores. et scribe legis expositores. legem scilicet aliis exponentes. hoc distinctionem frequenter habemus in evangelio. et statuentes eos in medio concilii interrogabant eos in qua virtute et quo nomine fecistis hoc. Tunc petrus repletus spiritu sancto dixit. primo questionem eorum temerariam esse ostendens. Siquidem pro beneficio iudicamur. id est ad iudicem trahimur. tamquam rei arguimur. quasi dicat. stulte nos arguitis. Notum sit omnibus vobis quia in nomine ihesu christi quem vos crucifixistis. iste sanus stat coram vobis. quem deus suscitavit a mortuis hic est enim lapis angularis a vobis edificantibus reprobatus. id est a vobis terrenis qui sola [illegible] a parte sua est. in capud anguli. id est factus est princeps duorum populorum qui in ipso tamquam angulari lapide sunt uniti. et non est in alio aliquo salus. Non est enim aliud nomen sub celo datum hominibus quam nomen ihesu christi in quo oportet nos salvari. videntes autem petri et iohannis constantiam videntes quod illi essent ydioti. et illiterati admirabantur cognoscentes eos quia cum ihesu viderunt eos et quia presens erat cum eis. quem sanaverant non poterant contradicere. Nota quod aliam habemus ethimologiam huius nominis ydiota. quam ab ysidoro dicitur. Nam secundum ysidorum ydiota quasi divisus ab auribus ydi. divisio. ota auris interpretatur. ut dicatur ydiota. quasi divisus ab intellectu. scilicet huius. secundum ethimologiam que hic ponitur dicitur ydiota. quasi ab ydiomate lingue sue. [illegible] quasi contentus solo ydiomate lingue. ydioma lingue ebree latini vocant. et inde aliud iusserunt autem eos foras concilium secedere. et conferebant ad invicem dicentes. Quid faciemus hominibus istis. hic manifestum est miraculum quod fecerunt. negare non possumus. Sed ne amplius divulgetur comminemur eis. ne ultra loquantur in nomine hoc ulli hominum. et vocantes eos denuntiaverunt ne omnino loquerentur neque docerent in nomine ihesu. Ad quos petrus et iohannes. vos ipsi iudicate an potius obediendum sit deo precipienti an vobis prohibentibus. quasi dicat. creature prohibentes. quod deus precipit non est audiendi. ubi enim superior precipit et inferior contradicit. non est audiendus inferior. Non possumus quod non vidimus et audivimus non loqui. At illi comminantes dimiserunt eos. non audentes in eos mittere manus propter populum. Dimissi autem venerunt ad suos in syon. et annuntiaverunt quanta eis principes sacerdotum et seniores dixissent. et quod eis responderant. Qui cum audissent unanimiter levaverunt vocem ad deum. Domine qui fecisti celum et terram mare et omnia que in eis sunt. qui in spiritu sancto per os david pueri tui dixisti. Quare fremuerunt gentes et populi et cetera usque christum eius. Convenerunt enim in civitate ista adversus puerum sanctum tuum quem misisti ihesum herodes et pilatus cum regibus gentium et populis israel. facere que manus tua et consilium tuum decreverunt fieri. Nunc domine respice in minas eorum. et da servis tuis cum omni fiducia loqui verbum. Nota quod de hoc verbo solet frequenter poni. Convenerunt herodes et pilatus que manus et consilium dei decreverunt fieri. Sed ad hec duobus videtur facere fieri. quod revera ipsi convenerunt ad peccandum pravam actionem. Deus decrevit fieri illam passionem. quia actio illa fuit prava passio. Et factum est cum orassent motus est locus in quo congregati erant. et in terremotu istum missus est spiritus sanctus. et repleti sunt spiritu sancto. et loquebantur verbum dei cum fiducia.

Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una. nec quisquam eorum que possidebat aliquid suum esse dicebat. sed erant illis omnia communia. et gratia magna erat cum omnibus illis. neque enim quisquam egens erat inter illos. Quotquot autem erant possessores domorum aut agrorum vendentes ponebant pretium ante pedes apostolorum. Dividebatur autem singulis prout unicuique opus erat. Tunc ioseph qui cognominatus est barnabas ab apostolis. quod est interpretatum. filius consolationis levites cyprius genere cum haberet agrum vendidit illum et posuit pretium ante pedes apostolorum. vide cum dixisset levites ne videtur hic habere proprium. quia levite non habebant hereditatem in terra. Addidit est cyprius genere ut ostenderet esse natum in dispersione. et inter gentiles et ibi licebat ei proprium habere. et est addendum verbo bede super hunc locum. et tenendum hunc fuisse socium pauli. non illum qui cum mathia statutus est. quem cecidit sors super mathiam. quod quidam arbitrantur dicit beda minus intuentes quia hic barnabas. ille barsabas appellabatur hic filius consolationis. ille quietis interpretatur. unde lucas nominis interpretationem sciens addidit. ut hanc ad illum differentiam insinuaret.

Vir autem quidam nomine ananias cum saphira uxore sua noluit esse in collegio sanctorum ut haberet necessaria vite sue suo labore. et ita voluit lucrari sibi ad acquirendum prebendam. et cum voluisset totum pretium agri vendere ponere ante pedes apostolorum. non solvens votum defraudavit de pretio agri conscia uxore mediam partem reservavit sibi. Reliquum ad pedes apostolorum posuit. quem statim providens petrus ait. anania. Cur temptavit sathanas cor tuum. mentiri te spiritui sancto. Cur fraudasti de pretio agri. non est mentitus hominibus sed deo scrutatori cordis et potestati omnis qui loquitur mendacium. Audiens autem hec verba ananias cecidit et expiravit. unde quia licet in evangelio dominus dixerit. Si quis percusserit te in dexteram maxillam. prebe ei et aliam. tamen in principio ecclesie. quamvis severius vindicavit. Quandoque enim promulgantur leges. solent acriores sententias generaliter vindicte exercere. ut rigore legis promulgato sciat severitas vindicte. unde in initio legis nascentis. id est deuteronomio pro collectione lignorum in sabbato lapidatus fuit. In initio sacerdotii duo filii aaron igne consumpti pro oblato igne alieno. sic ananias defraudans de pretio agri corruit. et expiravit et terrorem aliis incutiendo. quod tam velox vindicta magnum timorem aliis incussit. Et factus est timor magnus super omnes qui audierant. in omnes et est anticipatio quia solius unius mortem ananie prius quam pauci audierunt. Surgentes autem iuvenes asportaverunt eum et sepelierunt. et factum est quasi spatium trium horarum. et uxor eius nesciens quod factum fuerat introivit. Ad quam petrus. Dic michi mulier si tanti agrum vendidistis. At illa. etiam tanti. Ad quam petrus. Quid utique vobis convenit temptare spiritum domini. Ecce pedes qui sepelierunt virum tuum stant ad hostium et efferent te. ac si diceret verbo [illegible] dicit morieris. Qui enim sepelitur mortuus est. Confestim autem cecidit ante pedes eius et expiravit quia fuit conscia fraudis. et intrantes iuvenes qui stabant ad hostium invenerunt eam mortuam et extulerunt et sepelierunt ad virum id est iuxta virum suum. Fuit enim consuetudo hebreorum uxores sepelire iuxta viros ut coniunctionem carnis commixtio sequeretur pulveris. quia mulier formata est de costa viri.

Per manus autem apostolorum fiebant signa et prodigia multa in plebe. et erant omnes unanimiter in porticu salomonis. Ceterorum autem infidelium audebat se nemo coniungere illis quia territi erant ex avaritie. et augebatur in domino credentium multitudo. et ponebant infirmos in plateis in lectulis et grabatis. ut veniente petro umbra illius obumbraret liberarentur ab infirmitatibus suis. quia petrus privilegiatus erat in miraculis. et maiora legitur fecisse quam christus. et inde quia [illegible] fore dixit [illegible] pannis in quibus neque corpus [illegible] sed tamen suppositi erant super [illegible].

Exsurgens autem princeps sacerdotum et saducei repleti sunt zelo. et iniecerunt manus in apostolos et posuerunt eos in custodia carceris. id est in carcerem. Nota quod cum supra dicentur pluraliter principes sacerdotum. hic singulariter dicitur. quia forte unus eorum mortuus erat. scilicet annas. vide quoque quod saducei dicti sunt quasi seducei. id est a sedech quod interpretatur iustitia. unde melchisedech. quasi rex iustitie.

…ui sui pollutum. i. contra nomen iusticie cum essent iniusti. vel dicti sa-
ducei a Sadoch sacerdote, a quo transtulit Salomon sacerdotium
ab Abiathar qui glorificabantur de genere eius. Isti a secta sua principibus sa-
cerdotum in persecutione apostolorum, quia predicabant resurrectionem quam illi nega-
bant.

Angelus autem domini per noctem aperiens ianuas carceris, et educens eos dixit: I-
te et stantes loquimini in templo plebi omnia verba vite huius, id est vite christiane,
que adhuc non fuit nota, quia iam famosa erat secta christianorum. Non est
autem intelligendum angelum aperuisse ianuas carceris, quia dictum est: aperiens, quasi
aperiendo est, ac si diceretur: clausis ianuis eduxit eos. Aliter: ianue erant aperte.
Credendum est autem quod, sicut creduntur, clausis ianuis eductos esse de car-
cere quod factum est ad eorum confirmationem et iudeorum confusionem. Nam quomodo he-
sitavit Thomas Christum intrasse ostiis clausis ianuis ad discipulos, ita
se [illegible] clausis ianuis de carcere eductum esse. Iudei
quoque dicentes corpus Christi furto sublatum de monumento quomodo furto
dicerent apostolos eductos de carcere clauso. Iuxta preceptum angeli in-
traverunt diluculo in templum et docebant plebem, quia preceperat angelus
in predicatione in templo, scilicet in loco celebriori et a sacerdotibus fre-
quentato.

Adveniens autem princeps sacerdotum et qui cum eo erant convocaverunt
concilium ut deliberarent quid faciendum de eis, ad hoc [illegible] missi fuerant
in carcerem ut ad iudicium traherentur, et miserunt ad carcerem ut ad-
ducerentur. Cumque venissent ministri nunciaverunt eis sicut
invenerant dicentes: Carcerem invenimus clausum cum omni diligentia
et stantes ad ianuam custodes, aperientes autem neminem in-
venimus. Ut autem audierunt hos sermones magistratus templi
i. potentiores et principes sacerdotum, i. sapientiores, ambige-
bant quid de eis fieret. Et ecce quidam adveniens dixit eis: Viri quos
posuistis in carcere, stant in templo et docent populum.

Tunc abiit magistratus cum ministris, scilicet princeps
sacerdotum et magistratus singularis numeri et eodem modo
in precedenti [illegible] et adduxit eos sine vi. Non
audentes eis facere violentiam propter populum qui favebat eis. Et statu-
erunt eos in concilio, et ait illis princeps sacerdotum: Precipiendo
precepimus vobis auctoritate pontificali ne doceretis in nomine is-
to, scilicet in nomine Ihesu, et ecce replestis Ierusalem doctrina vestra. Aliud
vultis introducere sanguinis vindictam, quasi diceret: numquid argui-
tis nos, quia rei sanguinis innocentis, predicando innocentem
quem condempnavimus. Et respondens omnes unanimiter apostoli cum fervore et zelo,
non patientes unum pro omnibus loqui: Obedire oportet magis deo quam
hominibus. Deus patrum nostrorum suscitavit Ihesum quem vos interemistis su-
spendentes in ligno, et exaltavit ad dexteram suam, et nos sumus tes-
tes horum verborum et spiritus sanctus quem dedit deus non solum hominibus obedientibus
sibi in quo ad penitentiam vos provocamus, ac si diceret: et vobis si velitis obe-
dire. Hec autem audientes dissecabantur in cordibus suis.

Tunc surgens in concilio quidam phariseus nomine Gamaliel
legis doctor honorabilis universe plebi, et precepit ut ad breve [illegible]
moverentur. Iste Gamaliel, ut dicit Clemens in epistola sua, fuit dis-
cipulus apostolorum sicut et Nichodemus, et consilio apostolorum erat inter iudeos ut
sepe mitigaret iram eorum adversus eos, locutus est Gamaliel
in concilio in hunc modum: Viri israelite attendite vobis quid facturi
estis super hominibus istis, quasi diceret: non debetis subito iudicare, sed experi-
ri. Quia si ex hominibus est consilium hoc, per se destruetur. Si ex deo est,
stabit, nec poteritis destruere. Et ostendit exemplo duorum, scilicet Theode
et Iude galilei. Theodas magus, ut tradit Iosephus, dicebat se
prophetam ad cuius persuasionem multi vendentes omnibus substan-
tiis et tollentes secum facultatibus ad ripas Iordanis venerunt
et transire sicco pede ut transierunt filii Israel. Et dum experi-
rentur in tardio illo superveniens [illegible] presidis [illegible] cum mul-
titudine equitum multos ex eis occidit, et caput ipsius Theo-
de Ierosolimam reportavit.

Post hunc extitit Iudas galileus in diebus professionis, i. descriptio-
nis generalis ab Augusto facte, qua unusquisque soluto censu sui capi-
tis profitebatur se subditum romano imperio. Iste Iudas gali-
leus fuit eius gentis et ut tradit Iosephus persuadebat iudeis in-
[illegible] tributum romanis, asserens eos qui decimas et
primitias solvebant non debere solvere tributum hominibus. Et pre-
valuit doctrina eius in tantum ut pharisei et maiores populi quere-
rent ab ipso domino an solvendum esset tributum cesari. Postea
periit ipse et quotquot ei consenserunt. Consenserunt autem concilio
Gamalielis, et convocantes apostolos flagellaverunt eos, et flagella-
tos dimiserunt, prohibentes sub interminatione mortis ne ampli-
us loquerentur in nomine Ihesu. Et ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii,
quoniam digni habiti sunt pro nomine Ihesu contumeliam pati. Ecce quantum
iam erat robur fidei in eis, qui nec sub prohibitione potuit nec
flagellis, i. non destiterunt primo flagellis prohibiti modo flagella-
ti.

In diebus illis crescente numero discipulorum, i. christianorum qui eo tempore
discipuli dicebantur, factum est murmur grecorum, advenarum gentilium
[illegible] ut iudeorum qui fuerant in dispersio-
ne inter grecos nutriti, adversus hebreos eo quod despicerentur
vidue eorum in ministerio cotidiano, quia vidue hebreorum erant
magis prope, et ideo illis preferebantur in administrationis cotidi-
ane ministerio. Et potest intelligi causa murmuris dupliciter,
ut quia vidue grecorum in cotidianum ministerium non admitte-
bantur, vel quia in ministerio cotidiano nimis gravabantur
forte faciebant eas [illegible] ad ministrare. Vi-
dentes autem apostoli eam murmurationem [illegible] et administra-
tione [illegible] quia ideo [illegible] administrare quia non
potuerunt ipsi ad hoc sufficere, ut singulis distribuerent, mul-
titudinem convocantes dixerunt: Non est equum nos derelin-
quere verbum dei et ministrare mensis. Considerate ergo fratres
viros ex vobis boni testimonii septem plenos spiritu sancto et sapientia
quos constituamus super hoc opus. Et ipsi ministrent ut pre-
ministrantibus nos vero orationi et predicationi vacabimus. Et placuit
sermo iste multitudini. Et elegerunt septem Stephanum et Phi-
lippum et Prochorum et Nicanorem et Thimonem et Parmena
et Nicholaum advenam Antiochenum, qui solus de eis erat adve-
na, ut quia solus erat futurus [illegible]. Dicitur advena, quasi alienus.
Hos statuerunt illi qui elegerant ante conspectum apostolorum, et orantes
apostoli imposuerunt eis manus.

Hos vicem habent in ecclesia archidiaconi.
[illegible] instituti ut possent bonis [illegible] ut essent liberius va-
care doctrine et orationi. Sed [illegible] temporis [illegible] deprehendere
archidiaconos in hoc ministerio minus sufficere [illegible]
quadam [illegible] administra-
tioni. Et inde est quod apostoli orantes leguntur eis manus impo-
suisse [illegible] ordinationibus fiunt ordines hac et aut [illegible] quibusdam et
[illegible] manus imponuntur diaconibus in ordinatione. Quod autem
eis manus non imponerent [illegible] auctoritate Bede. [illegible]
[illegible] et orantes imposuerunt eis manus dicit [illegible]
[illegible] ordinaverunt [illegible] ministro
et [illegible] sanguinis et [illegible] eis manus imposuerunt non
diaconibus. Et verbum domini crescebat et multiplicabatur
numerus discipulorum in Ierusalem. Multa etiam turba [illegible] obe-
diebat fidei. De [illegible] Stephani

Stephanus autem plenus gratia et fortitudine faciebat signa et prodigia magna
in populo. Surrexerunt autem quidam de sinagoga que dicitur libertinorum a regione